



1710

1. Beckus, Joh. Fridericus : De fatali interponenda appel-
lationis
2. Bruttman, Johann Leonhard : De contractu
vicario seu in rebus communis
3. Fickmann, Joh. Georgius : De causis dubii lites
eventus.
4. Heering, Albertus : De Fidei
5. Herpfer, Christianus Triton. De periculo ven-
ditoris
6. b. c. d. J. H. W. Brandes, Haerem : De divortio
capitulum finalium communi jure 4 Sept
1711, 1721 = 1741.
7. ¹ = Numburger, Georg Wolf : De pecunia praesenti
causa rescripta. 2 Bunt. 1710 = 1722
8. Schwarzus, Christianus Gull : De limitibus prelati
liberorum erga parentis

9. Seutter, Johannes Matthaeus : De testamentis
alphabetici
10. Soergel, Johannes Conradus : Theses juris d'ice sive
jurales
11. Spizius, Christophorus : De loco contractus
12. Spizius, Felix : Theses ex universo jure
1711
1. Beckius, Joh. Tobiasus : De probatione per testes
de evictis aliens dependentes
2. Fichtnerus, Joh. Georgius : De possessionis Commodis
- 3^{9.26}₂ Fichtnerus, Joh. Georgius : De ademptione Von
Zuckern : Du Hand / Dulden / Wegen auf einem
Zucker 2 Bunde 1711 : 1722
4. Guder, Waeff. Nicol. : De sacerdotio judiciali
sive de officio Feli veri

5. ^{2. ed.} Bucker, Joh. David: De causis excellentissimum
 jurisdictionis imperialis Anticum feudalis. tunc
 concurrentia cum iudicio camerale
6. Hoening, Philippus Ludovicus: De proportionibus
 circa rem alienam valide
7. Esclerus, Fr. David: Praejudiciorum politicorum
 vanitatem . . . edisseruit.
8. Mollerus, Fr. Guil: De metessi barbarica.
9. Pink, Eucherius Gallus et Sum, Franciscus, viri:
 De currociis
10. Scheurerus, Iohannes Christophorus: De testamentis
 irrévocabilis
11. Schreiber, Iohannes Sigismundus: De iudicio Caesa.
 res feudalis Norvegiae
12. Heberard, Iohannes Gubertus: De sensibus vray
 M. Kloss

13. Spitz, Erkennen: De stigmatibus vulgo
Bezeichneten d. Hebräermarkt.

7. 7. 1 86
7
BENEVOLO
MAGNIFICI
JCTORVM ORDINIS
INDVLTIV, 1710
DE
FATALI INTER-
PONENDÆ APPEL-
LATIONIS,
PRÆSIDE
JOH. JODOCO BECKIO,
J. V. D.

Illustris Reipubl. Norimb. Advoc. Ordin.
disputabit publice

JOH. ADAM BECK, Norimb.
ad d. xxvii. Februar. MDCCX.

ALTDORFI NORICORVM,
Literis MAGNI DANIELIS MEYERL.

BENEVOLO
MAGNIFICI
ACTORVM ORDINIS
INDVLT
DE
FATALI INTER
PONENTE APPEL



LA
JOH. JOHANNES
ILLUSTRISSIMO REIPUBLICAE NORIMBERGAE ADVOCATO ORDINIS
JOH. ADAM BECK, NORIMBERGAE
MDCCX

ALBERTUS MONTANUS
LITHOGRAPHER P. M. M. M.



tu
di
he
ju
an
co
in
ra
ca
be
m
ju
ad
da
fo





PRÆFATIO.



Uod omnibus aliis in rebus humanis
 evenire consuevit, ut multa qui-
 dem præclare ad utilitatem & sa-
 lutem humani generis constituantur,
 plurima tamen post nascan-
 tur, quæ illa polluunt & sædant; idem etiam Ju-
 diciis & Tribunalibus accidere solet, ut, licet
 hæc bene sint constituta, plerumq; tamen vel
 Judicantium ignorantia & imperitia, vel odio,
 amore, nimiaque habendi cupidine, vel etiam
 eorum, qui causas orant, malitia, aliisque modis,
 inique pervertantur. Huic malo, ut succur-
 ratur, præter diversa eademque multum prædi-
 canda Furis remedia, sapienti consilio & egregia
 benignitatis ratione, salutare appellationis re-
 medium est introductum, quando scilicet is, qui
 jure suo coram Judice inferiore injuste excidit,
 ad proxime superiorem provocat, & ab eo emen-
 dationem petit, vid. L. i. ff. de appellat. Hinc
 scite admodum & eleganter dicitur: Innocentiæ

A 2

præ-



præsidium, c. 61. X. de appellat. Oppressorum
 remedium, c. 10. II. qu. 6. *Et a Baldo in L. un.
 Cod. si de moment. possess. Theriaca contra Ju-
 dices venenum. Sicuti enim hac dicitur Medi-
 cina præstantissima adversus omnes bestias ve-
 nenatas, Et de ea notissimus ille Philonis versicu-
 lus circumfertur: *εὐεμα πῶς πῶδας ἐπι πύθων ἰδίνας,*
h. e. omnes visceribus collectos dissipat morbos:
ita quoque prædictum remedium prodesse contra
venenatas judicantium sententias, ex aliis refert
Et probat Dan. Moller. L. 4. semestr. c. 33. n. 5.
In hoc autem appellationis remedio prima Cautela
est, ut Fatalia appellationis probe attendan-
tur, quorum quatuor genera communiter faci-
unt, sc. Fatiale interponenda, apostolorum pe-
tendorum, introducenda, Et justificanda seu pro-
sequenda appellationis. De Fatiali interponenda
pauca quadam, præsertim cum hoc thema in Scho-
larum cathedra, quantum ego scio, hæctenus in
specie nondum disputatum, in chartam conjice-
re, Et in Dissertationis formam coacta, publicæ
disquisitioni submittere, non abs re fore
*duxi.**

DEVS annuat conatibus, & cepta secundet!

B.C.D.

B. C. D.

§. 1.

Tempus quod pro interponenda appellatione datum, si non in continenti apud acta appellabatur, *l. 2. ff. de appell. quod dicunt appellare stante pede*, mit lebendiger Stim auf unverwandten Fuß/ olim biduum erat, si quis per se litem exerceret & condemnatus esset, si vero per Procuratorem, triduum, *L. 20. ff. de appell. L. 2. §. 1. ff. quand. appell. l. 6. §. 5. C. de appell.* Sed quoniam hic terminus nimis erat arctus, & inconsulta facilitate hominum, vel potius temeritate, nimium multiplicabantur appellationes, dum sc. quisque metuebat, ne causam plane amitteret, si non mature appellasset; Imperator Justinianus *in Nov. 23. c. 1.* ex qua desumpta *auth. hodie. C. de appellat.* anteriorum legum acerbitatem mitigavit, & pro biduo vel triduo, sublato pariter discrimine, an ipse dominus litis, an Procurator, Defensor, Tutor vel Curator appellet, laxius concessit spatium, *10. sc. dierum*, ut is, contra quem pronunciatum, deliberare queat plenissime, appellandumne ei an acquiescendum sit: *Quidquid enim consilii moderatione perficitur*, addit Glossa, *non consuevit paenitudinis rubore perfundi, sed perpetua firmitate durare.* Et hoc tempus, (vulgo *Fatale interponenda appellationis* dictum, quod sc. eo elapso quasi fato quodam sublata & mortua facultas appellandi, ut postea non amplius audiatur, si quis appellare velit,) receptum etiam fuit Jure Pontificio *in c. 28. Il. qu. 6. c. 15. X. de sent. & rejudic. c. 36. X. de testib. c. 32. in fin. X. de elect. c. 8. de appell. in 6to* atque probatum per Constitutiones Imperii in *Ordin. Camer. p. 2. tit. 29. §. 2.* nec non *Recess. Imp. de An. 1654. §. Item* *auth. 127.*

§. 2.

Incipit autem Decendum hoc statim currere a die, imo

A 3

ab

ab ipsa hora & momento publicatæ sententiæ, *d. l. i. §. 5. ff. quand. appell. Nov. 23. c. 1. c. 1. II. qu. 6. c. 15. X. de sent. & re judic. nec expectandus est eventus conditionis, si sub ea sententia fuerit lata, l. i. §. 5. ff. qu. appell. l. 3. ff. de re judic. c. 29. II. qu. 6. Gail. 1. obs. 139. Mynf. Cent. 5. obs. 95. Manz. decif. Palat. 58. n. 55. Hillig. in Donell. L. 28. c. 6. lit. SS. Hinc si Judex ita pronunciavit: Würde Beklagter schwören / daß er die libellirte 1000. Rthlr. bereits ausgezahlt / so wäre er von angestellter Kläg zu absolviren / tunc statim a publicatione sententiæ fatalia decendii currunt. Quod si itaque reus post latam sententiam deliberet, num jurare velit, postmodum veniat, ad jurandum se offerat, idque præstet, intereaque decendium labatur, actor postea, ab illa juramenti præstatione appellare volens, non amplius auditur, per antea *cit. ll.* Licet enim ante conditionis eventum vis judicati se non exferat, tamen Judex, dum fert sententiam, statim ea partem gravare incipit, & ideo statim quoque incipit currere tempus appellationis, nec expectandum, donec pars ad jurandum se offerat. Gail. *c. l. n. 15. Damhoud. Prax. Civ. c. 237. num. 4. Scacc. tr. de appellat. qu. 12. n. 111. Lancelot. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. n. 104. accedit, quod si gravamen aliquando extiterit, conditio retrahatur, Gail. de pac. publ. l. 2. c. 4. n. 15. Quanquam si sententia excommunicationis seu Censuræ Ecclesiasticæ contra aliquem sub conditione, si hoc vel illud fecerit, lata fuerit, etiam post dies 10. ab ea appellari possit, *c. 40. X. de appell. Lancelot. de attent. p. 2. c. 12. limit. 21. pr. n. 35. & limit. 50. n. 108. vid. Scacc. de appellat. qu. 12. n. 113. subdens, quod si appellaretur post eventum conditionis, appellatio non suspenderet, licet devolveret, quodocunque interponatur post 10. dies.***

§. 3.

Quæ de hoc decendio diximus, illud sc. currere a recitatione sententiæ, procedunt, modo quis sciat sententiam contra se aut certe in sui præjudicium esse latam, *l. i. §. 5. ff. quand. appell.*

appell. aut ut ad minimum scire potuerit, e. gr. si ad publicationem sententiæ rite citatus non comparuerit, Brunnem. *ad d. l. 1. n. 15. Mev. P. 2. dec. 270. & P. 3. dec. 269. Coler. decis. 291.* citatus enim non comparens pro præsentate habetur, *l. 2. §. 1. ff. de evict.* & paria sunt scire aut scire debere, cum mora & negligentia cuique sua sit nociva, *l. 173. §. 2. ff. cod. c. 26. de R. l. in 6to.* Hinc collige 1) ignorantia fatale hoc non currere nisi demum a tempore scientiæ, *d. l. 1. §. fin. quand. appell. l. 4. C. de lib. caus. c. 8. de appellat. in 6to.* & ita ratione principii hoc tempus est utile, Gail. *1. O. 139. n. 7. Mynf. 2. obs. 2. n. 4.* Si tamen dubitetur, an quis intra decendium a die notitiæ appellaverit, appellato, eo quod ignorantia præsumitur, incumbit probatio, *l. 21. ff. de probat. c. præsumitur. 47. de R. l. in 6to.* Blum. *Proc. Cam. tit. 49. n. 10. Hartm. Hartm. l. 2. tit. 19. obs. 3. n. 17.* add. Paschas. apud Klock. *relat. 170. fol. 5. Mev. P. 2. dec. 373.* Interdum vero, si nimirum appellatus contrarias alleget præsumptiones, quibus appellans oneratur, ignorantia eajuramento probanda est. *Mev. P. 5. dec. 176. & P. 7. dec. 269.* Hinc pronuntiandi formula: *Würde Appellant vermittelst Eides erhalten / daß er nicht ehe / als zu specificirter Zeit / und auf Maas und Weiß wie vorgeben / den Inhalt der Sentenz erfahren / ist er zu hören.*

§. 4.

Quod si litigans constitutum habeat Procuratorem apud acta, sufficit solum Procuratorem scire, *l. 1. §. fin. ff. quand. appell. Natta V. 3. conf. 524.* hic namque appellare & causam in secunda instantia peragere tenetur, *l. 17. C. de proc. l. 31. §. 2. ff. de negat. gest. L. 2. ff. an per al. caus. appell. Bachov. & Hunn. ad Treutl. Vol. 1. disp. 9. th. 3. lit. b. & c. Lauterbach. Colleg. theor. Pract. ad tit. de Proc. §. 61. modo causa domini non sit notorie injusta, *arg. l. 29. §. 4. ff. mandat. l. 9. §. 6. in fin. ff. de admin. & peric. tut. Lauterb. c. l. Bachov. & Hunn. c. l. Donnell. L. 18. c. 16. Struv. S. J. Civ. Ex. 50. th. 11. conf. Harpprecht.**

ad

ad Inst. tit. de iis per quos ager. n. 276. Sed Jure Can. quod Praxis sequitur, appellationem prosequi invitus non tenetur, sed sufficit vel appellationem interponere, vel si justum impedimentum intervenerit, domino mature denunciare sententiam esse latam, c. 14. X. de procur. nisi sententia sit interlocutoria, sic enim prima instantia nondum est finita, cum hoc demum per sententiam definitivam fiat, aut procurator ad omnes lites datus, vel speciale appellandi mandatum habeat, quibus casibus etiam appellationem interpositam prosequi tenetur, Lauterb. c. l. Gail. 1. Obs. 139. num. 11. Wurmf. L. 2. tit. 5. obs. 9. add. Petr. Greg. Tholos. de appellat. L. 5. c. 1. n. 13. seqq. Hillig. ad Don. c. l. lit. F. Si tamen fatale hoc per culpam & negligentiam Procuratoris fuerit præterlapsum, ipse principalis non excusatur, sed nocet ipsi ratione adversarii negligentia talis, sententiaque transit in rem judicatam, l. 1. §. fin. ff. quando appell. l. 10. C. de procur. nam uti procurator ad litem constitutus litis dominus intelligitur: ita quicquid a Procuratore gestum, quod ad eam litem tractandam pertinet, perinde est, ac si a domino gestum esset, L. 22. C. de Procur. nec excusatur, qui mittit procuratorem negligentem, imputet ergo sibi dominus, qui talem procuratorem constituit, L. 3. §. 4. ff. mand. l. 23. ff. de min. arg. §. fin. Inst. de Societ. Sed hoc ita, quando Procurator est solvendo, sic enim principalis adversus eum regressum habet, vel mandati actionem, ad damna & interesse consequenda, L. 6. §. 1. L. 3. §. 4. ff. mand. L. 42. §. 2. ff. de procur. L. 11. 13. 21. C. mand. Recess. Imp. de Anno 1654. §. 91. Sed si solvendo non appareat, per restitutionem in integrum ex clausula illa Prætoria generali, si qua mihi iusta causa videbitur, l. 26. §. fin. ff. ex quib. caus. maj. principali succurri volunt, ut tamen ipse postmodum appellet infra 10. dies a tempore scientiæ. Et hanc distinctionem usus fori approbavit, ceu tradit post alios Christin. V. 2. decis. 109. n. 10. seqq. Carpz. P. 1. C. 1. def. 23. Gail. 1. Obs. 139. n. 5. & obs. 45. per tot. Mev. P. 5. dec. 207. Berlich. P. 1. conclus. 49.

clus. 49. n. 21. & 22. utut contrarium, negligentiam sc. Procuratoris solvendo non existentis, modo nulla collusio interverit, pariter nocere principali, de Jure Civili verius sit, arg. l. 13. §. fin. C. de Judic. l. 10. C. de proc. ibique Brunnem. l. 8. §. 1. ff. mand. l. 7. §. 9. ff. de del. mal. Bachov. ad Treutl. V. 1. disp. 9. th. 12. & in Comment. ad part. 1. ff. de procur. c. 5. n. 1. add. Lauterb. Colleg. theor. Pract. ad tit. de Proc. §. 58. & in Conclus. Forens. Exerc. 11. thes. 11.

§. 5.

Si tamen, qui Reipubl. causa absunt, ad interponendam appellationem a Procuratore omissam restituuntur, si sc. Procurator non sit solvendo, *L. fin. ff. de in integr. restit. L. 39. ff. ex quib. caus. maj.* Non obstat *L. 1. §. fin. ff. quand. appell. ibi: Quod autem dicitur absentem posse provocare, ex quo scit, sic accipiendum, si non in causa per procuratorem defensus est, nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur.* Vnde colligunt, quod is, qui abfuturus procuratorem reliquit, in integrum non restituatur. Sed male, non enim dicitur absentem in integrum restitui postulantem audiendum non esse, sed absentem post biduum provocare volentem, non esse audiendum. De aliis absentiae causis vid. Lauterb. *tit. ex quib. caus. maj. & Dd.* Alibi locorum, etiamsi procurator apud acta fuerit, adhuc non nisi a die scientiae fatale hoc currit, ut interim principalis ipso jure tutus sit, & tantum procuratorum negligentia puniatur, ceu tradit *Mev. P. 5. dec. 207.*

§. 6.

Secundo colligere licet ex verbis in principio §. *praeced. 3.* adductis, a sententia dubia vel obscura, qualis est, si verba alium atque alium sensum recipere possunt, non statim appellandum, sed vel a Judice, vel a collegio Jctorum, si ab eodem sententia concepta, *Mev. P. 1. dec. 110.* prius declarationem esse petendam, quo facto, si declaratio petentis intenti-

B

oni

oni non sit conformis, ab hac demum declaratione, utpote quæ proprie gravamen infert, provocandum, *Mev. P. 1. dec. 109. Brunnem. ad L. 4. n. 8. ff. de appell.* Nam quando sententia ex aliquo redditur obscura, iudex nihil definitivisse dicitur, quia talis dubietas partes reddit ancipites, & perinde est, ac si lata sententia non fuisset, *arg. L. 77. ff. de contr. emt. arg. L. 11. §. 4. ff. de interrog. act. Vant. de nullit. sent. tit. 13. n. 101. Petr. Frider. Mindan. de Process. L. 1. c. 8. n. 8.* Exemplum cape ex *L. fin. C. de sent. qua fin. cert. quant.* ubi antequam quod est sententiæ liquidum sit, carere iudicati auctoritate dicitur, postea, si qui iudicabat, certam sententiam protulerit, provocari potest. Quamvis autem præcise non sit necessarium, ut intra decendium hæc declaratio petatur, aut a tali sententia appelletur, partes tamen ad maiorem cautelam declarationem hanc intra decendium petere, eidemque petitioni eventualiter appellationem subicere assolent, ut est stilus Practicorum notissimus. *Frider. c. l. Stryk. introd. ad Prax. forens. cap. 23. §. 2. Mev. P. 3. dec. 127. Conf. Ludovici Disput. de Jure declarationis. c. 3. §. 5. Schöpfer. Dissert. de declaratione sententia dubia per tot.*

§. 7.

Computatur hoc decendium a momento ad momentum, *Nov. 23. c. 1. c. 15. X. de sent. & rejudic.* in tantum ut etiam dies feriatii includantur, *L. 1. C. de fer. L. 3. C. de dilat. Gall. 1. O. 139. num. 5. Brunnem. ad L. 1. ff. de appell. n. 15. Mev. P. 1. dec. 257. Mynf. 3. O. 11. & sic evenire potest, ut dies X. in undecimum desinat, v. gr. si 1. Febr. hora 9. antemeridiana sententia promulgata sit, dies primus hujus decendii finietur 2. Febr. circa eandem horam 9. dies vero secundus 3. Febr. atque ita decimus dies finietur 11. Febr. hora IX. elapsa. Sufficit tamen ultima falem die decendii (etiãsi in diem feriatum incidat, *L. 1. C. de fer. arg. c. fin. X. eod. Gall. 1. O. 53. n. 11. Lauterb. disp. de feriis §. 19. Hartm. Hartm. tit. 19. obs. 1. Scacc. n. 51. Hahn. ad Wesemb.**

Wesemb. tit. de fer. n. 5.) appellationem interponi, quia si certum tempus ad aliquid faciendum est destinatum, sufficit ultima saltem hora istius temporis id fieri, L. 138. ff. de V. O. arg. L. 133. ff. de V. S. modo ultimum decendii momentum nondum fuerit effluxum, alioquin facultas appellandi expirat. arg. l. 3. §. 3. ff. de min. Berlich. p. 1. Concl. 50. n. 60. Carpz. L. 3. resp. 114. n. 13. Lauterb. disp. de variet. temp. c. 3. art. 2. §. 2. quod heic maximopere notandum contra Petr. Frider. Mindan. qui existimat, decendium quidem a momento latae sententiae numerandum incipere, non tamen ad momentum ejus horae, quo sententia lata fuit, sed tota die undecima plenissime exacta demum finiri, & per consequens non modo hora 9. sed etiam post meridiem 11. Febr. appellationem interponere licere, Lib. 1. de Process. c. 8. §. 1. quae tamen opinio non solum omnium DD. sententiae, sed etiam stilo Camerali est contraria. Sage traditionem hanc, quod sc. decendium de momento ad momentum currat, in Curia Romana non observari, docet Menoch. L. 2. praesumpt. 95. cum ibi ex Bulla Innocentii Pontificis recipiantur appellationes interpositae post temporis momentum, sive per totam ipsam diem decimam.

§. 3.

Controvertitur hic, quando non apparet, quo tempore fuit appellatum, an praesumatur intra decendium interposita appellatio? Et praesumi nonnulli autumant, Carpz. Proc. tit. 18. art. 3. n. 39. Brunnem. ad L. 1. ff. quand. appell. n. 15. rectius tamen alii contrarium tenent, dicentes, non satis esse appellantem probare se appellasse, sed etiam eum probare debere, se appellasse intra tempus legitimum, ob textum expressum, in L. 7. C. de appell. add. c. Romana. 3. §. si vero. 3. de appellat. in 6to. Myns. 3. O. 11. Hartm. Hartm. tit. 19. obs. 17. n. 3. Scacc. qu. 12. n. 40. Menoch. L. 2. praesumpt. 95. Wurms. obs. 11. n. 1. nam quando tempus est fundamentum intentionis alicujus, debet ab eo praecise & explicite probari parte opponente, Joh. Carol. An-

ronell. *tr. de temp. Legal. L. 1. c. 12.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1351. per tot.* Ad hoc ergo, ut rite cognoscatur, an decendium sit effluxum, consultum erit, ut & sententiæ publicatæ, & appellatiōis interpositæ hora ab Actuario consignetur, quod fieri solet hīce præter propter formulis: *Eingebracht und übergeben Freytags den 7ten Febr. um 9. Uhr Vormittag An. 171c. und in Quantum de Jure angenommen.*

§. 9.

Observandum autem prædictum tempus ad omnibus, qui sententiæ gravati appellare possunt, sive agant nomine proprio, sive alieno, *Nov. 23. c. 1. vid. supr. §. 1.* etiam a militibus, licet multis alioquin privilegiis subnixis, *l. 20. §. 2. ff. de appellat. quin & a Vafallo*, nam Jus commune sequimur, si de Jure feudali contrarium non reperiatur decisum, *arg. 2. feud. 1. Jul. Clar. recept. sent. §. feudum, quest. 91. Rosenthal de feud. c. 12. concl. fin. Stryk. Exam. Jur. feud. c. 25. qu. 29. Ludvv. synops. Jur. feud. p. 422.* Ipse etiam appellatus si in capitibus sibi nocivis appellantis appellatiōi adhærere velit, intra decendium hoc facere tenetur. *Guid. Pap. Dec. 13.* vid. pluribus *Stryk. Dissert. de commun. appellat. cap. 3.* Sed quæritur, quænam fatalia tertio intervenienti sint observanda? *Resp. si pro suo interesse interveniat principaliter, intra decendium a tempore notitiæ appellatiōem interponere tenetur; quod si vero alteri in Processu appellatiōis assistere velit, etiam post decendium quandocunque id facere potest, vid. Mev. p. 1. dec. 158. add. Stryk. d. dissert. c. 4. Gail. 1. O. 22.* Requiritur tamen, ut tertius ad elidendam fraudis & collusionis suspiciōem prius de interessè suo doceat, (quod quomodo probandum, vid. *Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 137. Brunnem. Proc. Civ. c. 13. n. 6. Martini comment. for. in ord. Proc. Jud. Sax. tit. 15. §. 1. n. 36.*) & quidem incontinenti, *c. 38. X. de testib.* ibique *Dd.* alioquin non admittitur. Quando autem quis incontinenti probasse dicatur, in eo discrepant nimium quantum *DD.* pro-
ut

ut videre est apud Menoch. *de arbitr. jud. L. 2. c. 18. n. 4.* rectius tamen illi faciunt, qui cum Wesenb. *p. 1. conf. 100. in fin.* prudentis iudicis id relinquunt arbitrio, qui consideratis rite circumstantiis terminum probationi præfiget, laud. Dn. Stryk. *c. l. n. 9. 10.*

§. 10.

Præterea attendendum hoc tempus in omni gravamine, tam extrajudicali, *l. 1. §. 3. ff. qu. appell. Nov. 23. c. 1. c. 8. de appellat. in 6to.* (de quo vid. potest Dn. Lynk. *tr. de gravam. extrajud.*) quam judiciali, *auth. hodie C. de appell. d. N. 23. c. 1. l. 1. §. 7. 11. ff. quand. appell. sive id inferatur per sententiam definitivam, sive per interlocutoriam, d. Nov. 23. L. 20. C. de appellat. c. 36. X. de testib. c. 12. X. de appellat. c. 1. pr. c. 61. de appellat. in 6to. Clem. 5. eod. add. Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 1. & sess. 24. de reform. c. 20.* Ordin. Cam. *p. 2. tit. 29. §. 2. 3. 4. Gail. L. 1. O. 139. n. 2.* dummodo alias appellatio non sit prohibita, qua de re conf. Lauterb. *Comp. Jur. tit. de appellat. p. 721. 723. 727. & DD. ad h. t. add. Dn. Caroli Falckneri Disput. Inaug. de sententiis inappellabilibus Anno 1702.* in hoc Athenæo ventilata. Et licet de Jure communi a sententia ipso Jure nulla, de qua evolvi. *t. t. ff. quæ sent. sin. appell. & tit. C. quand. prov. non est necess.* non opus sit appellatione, sed ea ex capite nullitatis per 30. Annos impugnari possit, *l. 19. ff. de appellat. L. 1. §. 2. ff. quæ sent. sin. app. L. 2. C. quand. prov. non est nec. c. 9. X. de sent. & re jud. L. 3. C. de præscript. 30. Ann. §. 1. Inst. de perp. & temp. act. Myns. C. 2. O. 77. Berlich. p. 1. concl. 61. n. 4. Gail. 1. O. 127. n. 8.* in tantum, ut in arbitrio gravati sit, an querelam nullitatis coram iudice inferiore an vero coram superiore movere velit, quod posterius usu fere obtinuit teste Gail. *c. l. Myns. 5. O. 92. add. Rosbach. de nullit. n. 32. Klock. vol. 1. conf. 11. n. 209. & in relat. Cam. vol. 121. n. 7. & 10. Menoch. de arbitr. jud. cas. 67. Wurms. tit. 24. O. 30. Brunnem. Prov. Civ. c. 28. n. 112.* nisi nullitas commissa

a iudice delegato, sic enim semper ad superiorem iudicem eundem est, cum delegatus, postquam pronuntiavit sive bene sive male officio suo jam est functus, ejusque jurisdictio finita, *L. 4. C. quom. & quand. jud. L. 55. ff. de re judic. c. 9. X. de offic. deleg. Mynsing. 5. Obs. 92. Gail. d. Obs. n. 5. Trentacing. L. 2. resolut. 11. num. 11. & seq. conf. omnino Vant. de nullit. sent. per tot. tit. 3. ubi singula plenius tractat; hodie tamen ne ita promiscue ex capite nullitatis impugnantur iudicata, ab ejusmodi sententia, perinde ut iniqua, intra decendium appellatio est interponenda, prout diserte cautum in Rec. Imp. de An. 1654. §. indem auch nunmehr zum zehenden 121. & 122. nisi nullitas sententiæ sit insanabilis, vel ratione iudicis, vel litigantium, vel ratione substantialium processus, sic enim ista adhuc hodie intra 30. Ann. in iudicium deduci potest, d. R. I. §. bey den jenigen nullitäten &c. de quo pluribus vid. Blum. Proc. Civ. c. 28. n. 109. Textor. ad d. R. I. Disp. 11. th. 144.*

§. II.

Quid si autem sententia hoc modo fuerit concepta: Daß es bey diesen Testament allerdings sein verbleiben haben soll / biß derjenige Theil / so sich beschwert befindet / ein anders förmlich ausführen werde? Resp. gravatum ab ejusmodi sententia præcisè intra decendium appellare necesse habere: verba namque illa: Biß derjenige Theil &c. non ita crude & laxè accipienda, ut scilicet, quodcumque gravato lubuerit, cum suis, quas habet vel habere se prætendit, probationibus audiri debeat, sed hoc potius indigitare voluit iudex, ut si quis sententia hac se gravatum esse putet, ab ea intra terminum legale, decendium puta, appellet, adeoque in iudicio appellationis juxta illud saluberrimum Processus appellatorii beneficium, non deducta deducendi, non probata probandi, jung. *L. 4. ibique Brunnem. & DD. comm. C. de temp. appellat.* gravamina sua legitimo modo ac ordine proponat: expeditum enim est, quod iudex

judex præsumatur judicasse & pronunciaſſe prout Legibus & moribus proditum eſt, & ſicut de Jure judicare tenetur, Gravetta *conſ.* 188. n. 3. Tuſchi. *concl.* 621. n. 4. *lit. P.* quod autem imprimis ad officium judicis pertineat, ut omnes litium occaſiones & fomenta præcidat, eademque pro virili reſtringat, non laxet, & præcipue permittat, ut finis unius ſit principium alterius, conſtat ex *L. 21. ff. de reb. cred. L. 13. §. 3. verſ. æquiſſimum de uſufr. c. finem X. de dolo. add. L. 13. C. de jud. Mev. P. 1. Dec. 42. n. 4. & Dec. 188. n. 3.* Vid. Ferdin. Chriſtoph. Harpprecht. *Reſp.* 79. n. 75. *ſeqq.*

§. 12.

Non inconvenienter quoque hic moveri poteſt quæſtio: an decendium illud a Judice vel partium conſenſu prorogari queat? Communis opinio, quæ in Camera recepta, eſt, non poſſe, ob text. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 29. §. 2. verſ. Wollen wir daß der Termin der 10. Tagen / in welchen dem verlierenden Theil von gemeinen Rechten zu appelliren gebühret / keines Wegs überſchritten / gelängert oder gekürzt werde / und deroz halben kein Richter auf der Partheyen Anſuchen und Begehren längern Termin dann 10. Tag zu appelliren geben ſoll.* Vid. *Gail. 7. Obſ. 139. n. 6. Mynſ. 2. Obſ. 68. Berlich. p. 1. Concl. 50. n. 105. Carpz. L. 3. tit. 12. Reſp. 115.* quod quidem quoad Judicem certum eſt, & aperto textu confirmatur in *d. Ord. Cam.* in hujus enim manu & arbitrio non ſunt jura partium, arg. *l. 17. ff. de R. l. c. indultum de R. l. in 6to.* quod vero ad prorogationem, quæ ſit partium conſenſu, ſi quod res eſt, dicendum, contraria ſententia mihi verior videtur: nam cum ad ipſorum litigantium, illius præſertim, pro quo lata eſt in prima inſtantia ſententia, utilitatem & favorem pertineat appellationis fatalia conſtringi, non ſane video, quare huic favori ſuo renunciare non poſſint, *l. pen. C. de pact. Adſtipulatur L. fin. §. 6. C. de temp. appellat.* ubi expreſſe dicitur, inter partes conveniri poſſe, ne ullum fatale obſervetur, quod ſane ad fatalium coarcta-

coarctationem refringi nequit, tum quod per coarctationem & abbreviationem fatale observetur, tum quod rigor Juris in fatali præcise observando per pacta possit mitigari, c. §. 6. mitigatio autem non fit per coarctationem sed potius per laxationem ac prorogationem. Bachov. ad Treutl. V. 2. *disp.* 33. *ib.* 8. *lit. D. verb: & hoc decendium.* Mev. P. 3. *decis.* 410. Schvwendend. ad Eckolt. *ad tit. ff. quand. appell.* §. 1. Nec obstat *d. text. Ord. Cam. in verb. Auf der Partheyen Begehren und Ansuchen* &c. Siquidem non de utriusque, sed de alterutrius partis requisitione ac petitione hoc intelligi debet. Hunn. ad Treutl. V. 2. *disp.* 32. *ib.* 8. Per statutum quoque aut consuetudinem, quin hoc decendum mutari & augeri possit, nulli dubitamus. Franchis. *in c. causa n. 8. de appellat.* & Rebuff. *de appellat. art. 1. gl. 1. n. 4. tom. 3. Mev. P. 1. dec. 7. num. 8. Scacc. tr. de appellat. qu. 12. n. 5. Lancellot. tr. de attent. appell. p. 2. c. 12. limit. 50. pref. n. 164.*

§. 13.

Fatali interponendæ elapso, sententia regulariter transit in rem judicatam, & appellare volens postea non amplius auditur, *auth. hodie. C. de appellat. c. concertationi de appellat. in 6to c. 15. X. de sent. & re judic.* Ordin. Cam. p. 2. *tit. 29. §. 2. Gail. 1. obs. 139. n. 1. Carpz. P. 3. dec. 250. n. 1.* ille enim, qui cum possit, non appellat, videtur consentire sententiæ, ut in rem judicatam transeat & executioni mandetur, & ne de injuria ordinario remedio agere possit, ac denique ut rei judicatae effectus produci valeant, quos appellando suspendere & impedire potuisset, *L. fin. Cod. quom. & quand. jud. l. fin. C. de sent. qua fin. cert. quantit.* Sed quid si post 10. diem appellatur, nec tamen de eo sit oppositum, & sententia feratur? Certe non valet, per *Clem.* si appellationem, *de appellat.* quia sententia semel in rem judicatam jam transivit. *Mynf. c. 3. obs. 11. in fin. ibiq. alleg. Bald. in auth. hodie. C. de appellat.* Nonnulli tamen a DD. adferuntur casus, quibus etiam post decen-

dium appellatio admittitur, de quibus nunc in seqq. §§. paucis agendum erit.

§. 14.

Primus itaque casus est, si gravamen sit continuum & successivum, a quo, quamdiu illud durat, semper appellari potest. Gail. 1. *Obs.* 139. num. 13. Marant. *de appellat.* num. 205. Matth. Wesemb. P. 1. *conf.* 43. num. 6. 65. 161. *ibiq. alleg.* DD. Scacc. *Tr. de appellat. d. quæst.* num. 144. ratio est, quia is, qui continuatim gravatur, dicitur esse intra 10. dies datos ad appellandum. Hujus rei duo a DD. afferri solent exempla, alterum si quis citatus ad locum non tutum, *c. ex parte.* 47. *X. de appellat.* Sed cum ibi proponatur, toties appellari posse, quoties quis citatur, non tam gravamen successivum, quam sæpius iteratum videtur, adeoque ex sententia Pontificis non sufficit semel appellatum esse, sed ad singulos citationis actus appellatio iterari debet, ceu recte monet Bachov. ad Treutl. *V. 2. disp.* 33. *th.* 8. *lit. D.* verb. *gravamine successivo.* Alterum Exemplum est, si quis carceri mancipatus fuerit, is enim semper a præcepto de capiendo vel captura secuta appellare potest, quia semper gravatur. Marant. *c. l. Bald. in L. 2. C. de episc. aud. n.* 7. Hanc generalitatem Gail. *c. l.* ita restringit, ut procedere putet, si a præsentis gravamine, quatenus præsens, appelletur, non quatenus præteritum. Dicta tamen admitti possunt, si incarcerationio fuerit injusta, & sic per violentiam quis in carcerem sit conjectus; si autem quis legitimo modo, & quibus casibus carcer loco pœnæ esse potest, condemnetur, necesse est, ut intra decem dies appellatio interponatur, nec enim dici poterit, quod semper de præsentis incarcerationis gravetur, cui accedit, quod incarcerationio sit loco executionis, contra quam nulla admittitur appellatio, *L. 4. pr. ff. de appellat.* Marant. *in specul. p. 6. de appellat. n.* 205. Bachov. ad Treutl. *c. l. Schvvend. ad Eckolt. ad tit. ff. quand. appell. §. 1.* add. Scacc. *d. qu. n.* 145. Carpz. P. 1. *Const.* 19. *def.* 15.

C

§. 15.

Secundus casus est, si copia Judicis haberi non potuit, i. e. si praesens non adfuit, vid. *L. 1. §. 7. 8. ff. quand. appell. c. 29. II. qu. 6.* cum nemo incusare possit eos, qui non fecerint, quod, etsi maluerint, minime adimplere valebant. *Myns. 2. obs. 2. Mev. P. 2. dec. 9.* Praesentem autem hic non accipimus ut alias, qui sit in eadem provincia, *L. fin. C. de praescript. long. temp.* aut in eadem urbe, aut in sua domo, horto, villa suburbana, *L. 5. §. ff. de procurat. L. 1. §. 9. ff. quand. appell.* sed qui in publico, ubi Jus dicitur, se ostendit, *d. L. 1. §. 9. c. 29. II. qu. 6. vers. adeundi.* Si quis ergo ad domum Judicis non venerit, aut ad ejus hortum non accesserit, aut ad villam suburbanam, hoc minime ei nocebit, *dd. text.* Modo dicta tamen ita demum procedunt, si neque Judicis a quo sive ejus qui sententiam tulit, neque Judicis ad quem copia haberi potuit, si enim superioris tunc copia sit, ille etiam adeundus est: vid. antea *alleg. text. Donell. L. 28. c. 6. lit. SS. Brunnem. ad d. L. 1. n. 10.*

§. 16.

Tertius casus est, si quis ob metum Judicis non ausus fuerit appellare, *arg. L. 1. §. 7. 8. ff. quand. appell. arg. L. 5. §. 4. C. de temp. appellat. Martini Process. Sax. tit. 10. §. 6. n. 67. Textor. Prax. Judic. P. 1. c. 12. n. 33.* Non autem sufficit hic quilibet metus, sed justus, i. e. talis, qui in constantem virum cadere potest, ut loquitur JCt. in *L. 6. ff. quod met. caus.* ut puta quia forte Judex consuevit appellantis inferre verbera, vel eos in vincula conjicere, aut violentiam eorundem bonis inferre, adeo ut appellari sine metu majoris mali non possit. *L. 3. §. 1. L. 5. 22. & L. fin. §. 1. ff. eod. c. 6. X. de his quae vi met. caus.* Metus ergo vanus & reverentialis non prodest, v. gr. si a Judice non appellarem, metuens ne eum offenderem, cum vani timoris nulla sit aestimatio, *L. 13. ff. de re judic. d. c. 6. X. de his quae vi & c. L. 184. ff. de R. I. conf. Wesemb. P. I. conf. 43. n. 144. seqq.*

§. 17. Con-

§. 17.

Consultius tamen erit hisce duobus casibus intra decendum appellationem interponere coram Notario & testibus, quæ non tantum usu fori quam maxime celebratur, sed & in Camera admittitur, vid. Ordin. Camer. p. 2. tit. 29. §. Item so soll einem jeden &c. modo ea in scriptis proponatur, & scheda appellationis instrumento a Notario desuper confecto verbotenus inseratur, secundum tradita Mynf. C. 4. obs. 45. vid. pluribus Textor. ad R. F. de An. 1654. disp. 11. th. 14. 15. seqq. præcipue vero Nicol. in Process. P. 2. c. 5. per tot.

Dicta autem scheda appellationis ita concipi solet:

Insonders Vielgehrter Herr Notarie!

Denselben gebe hiemit dienstlich zu vernehmen / was massen bey E. Ehrlöbl. Stadtgericht allhier in Schuldsachen meiner und N. am 20. hujus ein Definitiv folgenden Inhalts ist eröffnet worden:

Ponatur tenor sententiæ.

Wann dann Ich aber durch sothanes Urthel / welches jedoch salvo honore & existimatione Dnn. concipientium gesagt haben will / mich höchst gravirt befinde / und zwar aus folgenden Rechts-erheblichen Motiven:

Addantur gravamina:

Als will hiemit / durante adhuc decendio, an N. N. vor dem Herrn Notario und darzu erbettenen Gezeugen / Krafft dieses / in Unterthänigkeit appelliret / und denselben instanter, instantius, & instantissime ersucht und gebetten haben / mir darüber gewöhnliche apostolos testimoniales zu ertheilen / und über diesen Actum einförmlich Instrument / um die Gebühr / auszufertigen /

E 2

gestalt

gestalt ich dann den Herrn hiemit/ Krafft seines tragenden Amts/
darzu in specie requirire/ der im übrigen verharre

Des Herrn Notarii:

Datum N. den 24. Febr.
An. 1710.

Dienstwilliger

N. N.

§. 18.

Quaquam autem talem appellationem Jūdicī inferiori
insinuare præcise non sit necessarium, cum ea statim per se
vim habeat devolutivam, utile tamen est, ut ei insinuetur ad
suspendendam executionem, ad quam alias, utpote ignarus ap-
pellationis, tuto procedere posset, donec a superiore fiat in-
hibitio, vid. Ordin. Camer. P. 2. tit. 29. §. Item so soll. *vers.*
So aber solch Appellant. Mynf. 2. O. 44. Mev. P. 1. dec. 59. & P. 4.
dec. 362. Nicol. c. l. Textor. c. l. th. 47. Aliam cautelam sug-
gerit Pontifex in c. fin. X. de appellat. ubi, si appellans a jūdice
vim metuat, intra tempus ad appellandum concessum coram
honestis viris (tales qui dicantur, vid. Menoch. de arbitr. jud.
cas. 69.) appellandi saltem voluntatem declarare potest, ex-
pressis etiam appellandi causis, quo facto perinde habetur, ac
si appellasset. Textor. Prax. Jud. P. 1. c. 12. n. 36. Idem fere juri
nostro placuit in L. 7. ff. de appellat. L. ult. C. de his qui per met.
jud. non appell.

§. 19.

Imo si fortean quoque condemnatus forum Jūdicis imme-
diati, qui ordinario appellandus est, tanquam non tutum me-
tueret, eo præterito, proxime superiorem adire, & ad jura-
mentum, ut vocant, perhorrescentiæ, de quo statutum c. 11.
§. cum vero. 1. de rescript. in 6to. se offerre poterit, quo præsti-
to, statim ad eundem causa appellationis devolvitur. Henr.
a Rosenthal. de feud. c. 12. concl. 4. n. 63. ubi scribit, hoc in re-
cipien-

cipiendis appellationibus quotidie in Camera observari. Necessesse tamen est, ut insimul speciales & legitima perhorrescentiæ causæ in supplicatione exprimantur & allegentur, alioquin Juramentum hoc non defertur, Rosenthal. *d. concl. n. 63.* Mev. *P. 6. dec. 71. & P. 2. dec. 154.* vid. Lauterb. *Colleg. theor. Pract. ad tit. de jurejur. §. 42.* & latius in Disput. de juramento perhorrescentiæ *th. 11. & per tot.* an vero causæ ab allegante quorūque debeant probari, vid. Lauterbach. *c. disput. th. 29. & seqq.* ubi hoc affirmat.

§. 26.

Quartus casus, quo appellatio elapso decendio locum habere potest, est, si quis ob paupertatem intra decendium appellationem interponere non potuerit, per *L. 8. §. 8. ff. mand. ibiq.* Gothofr. *in not. arg. L. 2. §. 1. ff. de custod. & exhib. reor.* rum quod impossibile nulla sit obligatio, *L. 18. ff. de R. Li.* rum etiam quod difficultas a mora excuset, cum paupertas, utpote quæ aliunde satis deploranda & affectionis plena, amplius nociva esse non debeat. Bald. *vol. 1. cons. 5. n. 1.* Distinguerè tamen communiter solent DD. utrum appellatio interponenda sit incontinenti viva voce, an vero ex intervallo in scriptis; primo casu, cum nihil erogandum sit, paupertatem non excusare, altero vero casu, quia sumtus faciendi, paupertatem excusationem mereri, Guid. Pap. *decis. 436. n. 22.* Myns. *2. obs. 97.* Rosbach. *Prax. civil. tit. 73. n. 32.* Speckhan. *cent. 1. qu. 37. n. 2.* modo de ea, si in prima instantia nondum fuerit allegata & probata, intra decendium rite doceatur, Gail. *1. obs. 142. n. 5.* quod si etiam statuto certa gabella ab appellante, forte ad hoc, ut appellatio deserta non efficiatur, dependenda foret, tunc pauperi gratis appellare permittendum est, *c. licet. X. de censib.* Francisc. Cremonens. *sing. 122.* quem citat Gail. *c. l. n. 3.* Prædicta iterum limitat Treutl. *V. 2. disp. 33. th. 8. lit. D.* ibique Hunn. Hippol. Marfil. *pract. crimin. §. ordine. n. 13.* ut non procedant, si quis propria culpa paupertatem

C 3.

sibi

ibi accersiverit, tunc enim eum paupertatis pretextu non excusari, quoniam nemo ex culpa sua præmium vel favorem reportare debeat. Sed contrarium tenet Bachov. ad Treucl. c. l. verb: *quin & pauperi*, quoniam, inquit, hoc solum consideramus hic, quod pauper est, & culpa diversa & separata plane est ab hoc effectu, de quo disputamus, quod alias etiam pœna excessura sit modum culpæ.

§. 21.

Sed cum hodie pauperibus litigantibus ex officio Advocati & Procuratores, qui eisdem sub pœna remotionis, gratis patrocinium præstare tenentur, assignentur, processusve gratis expediantur, vid. Ord. Cam. P. 1 tit. 19. §. f. Blum. Proc. Cam. tit. 64. n. 41. seqq. Gail. 1. obs. 43. n. 11. modo prius paupertatem testimonio Magistratus sui vel aliorum fide dignorum, aut aliqua saltem probationis specie doceant, & juramentum paupertatis præstent, secundum cit. Ordin. Cam. p. 1. tit. 41. §. 1. ibi: Soll der Arme / ehe er zugelassen / seiner Armut und Vermögens eine Urkund von seiner Obrigkeit oder andern glaubwürdigen Personen bringen / oder aber zum wenigsten etlicher massen Anzeige und Schein seiner Armut darthun / und darauf den gewöhnlichen Eid der Armut / de quo Ord. Cam. p. 1. tit. 78. schwören / hinc ea quæ præc. §. tradidimus, hoc in casu locum obtinere non putamus. Quis autem dicatur pauper, ut id etiam obiter dicamus, variarunt Interpretes, quidam pauperem definiunt, qui non habet 50. in bonis, L. 10. C. de accusat. alii qui minus 100. aureis in substantia habet, arg. §. 3. l. de Success. libert. nobis hic pauper dicitur, der an liegenden oder fahrender Haab noch Schulden nicht vermögend / daß er die Cangeln und nothdürfftige Brieff / noch den Advocaten und Procuratorn bezahlen noch belohnen mag / ceu apparet ex Ord. Cam. p. 1. tit. 78.

§. 22.

Ob quodlibet porro justum ac legitimum impedimentum post effluxum decendium appellare volentem esse audiendum, DD.

DD. commun. docent, quia iustum impedimentum a mora excusat, Gloss. in *L. quod te. 5. ff. si cert. pet.* Ergo etiam a pœna mora, quæ est amissio appellationis. Carpz. *P. 1. def. 15. C. 19. & Resp. 102. n. 16. seq.* Mynf. *C. 2. O. 2. Martini tit. 35. n. 19.* Nicol. in *Proc. c. 68. n. 15.*

§. 23.

Denique notandum est, quod minores 25. ann. si ex negligentia sua fatale hoc labi passi sunt, gaudeant beneficio restitutionis in integrum, ut possint appellare, per *L. 7. §. pen. ff. de min. L. 1. C. si sep. restit. in integr.* ibique Brunnem. *Odd. de restit. in integr. qu. 69. art. 2.* Manz. *de restit. in integr.* Si tamen negligentia & desidia Tutorum vel Curatorum, vel eorum procuratorum decedendum fuerit elapsum, tunc demum minoribus restitutionis auxilium superest, si quando Tutores vel Curatores non sunt solvendo, *L. 13. §. fin. C. de jud.* Probarene autem hoc casu debet minor se læsum esse? Et quamvis sint, qui putent, minorem hoc casu non teneri aliud probare, quam quod minor sit, cum hoc ipso, quod non provocavit, satis læsus censeatur, Mynf. *4. obs. 17.* plerique tamen affirmant, minori probationem hanc omnimodo incumbere, quod doceat sententiam male fuisse in se latam, & hoc sibi expeditivisse ut appellaret, cum in dubio pro sententia præsumatur, vid. *Odd. c. 1. in fin.* Hillig. in *Donell. L. 21. c. 10. lit. CC.* Brunnem. *ad d. L. 7. ff. de min.* Struv. *S. J. Civ. Exerc. 8. th. 48.*

§. 24.

Quæritur, an hæc restitutio quoque locum habeat adversus æque minorem? videtur quod non: privilegiatus enim contra æque privilegiatum nullo utitur privilegio, vid. *l. 11. §. 6. ff. de min.* sed hoc limitatur, nisi unus de lucro captando, alter de damno vitando certet, ut hic, vid. *L. 34. pr. ff. d. t. add. c. 3. X. de restit. in integr.* Brunem. *ad. d. L. 11. n. 11.* Lauterb. *Colleg. theor. Pract. ad tit. de min. §. 25.* Schilter *ad ff. Exerc. 15. thes. 53.* Si minor hoc modo ad appellandum restitutus, postea obti-

obteneat, hoc quoque proderit socio & consorti, etiam majori, ut non provocaverit, modo causa sit individua, aut omnino connexa, arg. *L. 10. ff. quemadm. serv. amitt. L. 44. 47. §. 1. circa fin. ff. de min. L. 1. 2. C. si unus ex plurib. appell. ibique Brunnem. n. Odd. quest. 44. art. 4. num. 10. seqq. Berlich. p. 2. concl. 180. Petrus Frider. Mindan. de Processib. L. 3. c. 16. num. 4.*

§. 25.

Appellatione rite interposita, causa in qua appellatum est, statim devolvitur ad superiorem, sententiaque ab inferiore lata suspenditur, ut executioni dari nequeat, sive appellatio recipiatur sive non, *L. un. pr. ff. nihil innov. appellat. interp. ibi: appellatione interposita sive ea recepta sit sive non medio tempore nihil innovari oportet, siquidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est, si vero non est recepta, ne præjudicium fiat, quoad deliberetur, utrum recipienda sit appellatio an non?* his consentanea sunt, quæ habentur in *L. 6. ff. de appell. recip. vel non. l. 3. C. de appell. Brunn. ad d. L. un. Mev. P. 2. dec. 294. Struv. S. 7. C. Exerc. 50. th. 15.* Si vero nihilominus procedat, committit attentatum, quod in continenti revocatur, *Recess. Imp. de An. 1654. §. 59. Mev. P. 4. dec. 288. Blum. Proc. Camer. tit. 53. Gail. 1. O. 144.* Sunt tamen casus quibus appellatio effectum tantum habet devolutivum non suspensivum, adeoque attentatorum revocatio cessat. Sic in appellatione ab interlocutoria interposita, tamdiu iudex a quo procedere potest, donec a superiori inhibitiō decreta fuerit, per text. *c. 7. de appellat. in 6to. vid. Ref. Nor. tit. 10. L. 1. ibi: sondern mag auf Ansuchen der Partheyen fürfahren / als lang bis ihm von dem OberGericht ferner zu handeln inhibirt und verboten würde. Textor. ad d. R. I. disp. 11. th. 6. add. th. 7. Ziegler. ad Lancell. Instit. l. 3. tit. 18. §. 17. Hiltrop. Proc. Jud. p. 4. tit. 4. n. 14. Plures casus vid. apud Hunn. *Encycl. 2. c. 7. Petr. Muller. in not. ad Struv. cit. th. 15. lit. e. conf. Textor. disput. 12. Lancellot. de attent. Hercu-**

Herculan. de attentat. c. 30. per tot. Martini tit. 10. §. 6. n. 611. 12. seqq. Arnold. Reyger. thes. Pract. voc. attentata.

§. 26.

Coronidis loco lubet adhuc annectere quaestionem: annon pars gravata per iniquam sententiam, si fatale hoc neglexit, regressum habeat contra Judicem? quod affirmamus, vid. R. I. de Ar. 1532. §. Und damit unser Cammer-Richter. Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §. Wo aber einig Parthey. 10. & tit. 51. add. l. 15. §. 7. ff. de judic. L. fin. C. de pæn. jud. qui mal. L. f. ff. de extraord. cognit. Ziegler. Dicast. concl. 45. §. 4. in fin. Tusch. tom. 4. lit. 1. concl. 405. seq. Donell. L. 28. c. 2. ibique Hillig. Menoch. de arbitr. jud. L. 2. cas. 339. n. 10. qui n. 13. hoc etiam extendit, licet pars gravata appellationem interposuerit, eamque deferuerit, conf. Farinac. in Pract. Crim. p. 3. qu. 111. n. 509. Nec obstat, quod iniquitati sententiæ occurri possit per beneficium appellationis, adeoque imputandum sit ei contra quem inique decretum, cur non appellaverit. Nam resp. quod non appellavit, id quidem præjudicat ipsi ratione partis adversæ, sed non ratione judicis, quippe qui, dum male judicando peccavit, eo ipso obnoxium quoque se reddidit pænæ. Atque hanc notabilem esse praxin, dicunt Ziegler. c. l. Georg. Schulz in not. ad tit. Inst. de oblig. que quas. ex delict. lit. a. Henr. Hamel. tr. de action. c. 49. n. 19. Schvved. Intr. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 11. §. 4. in fin. & c. 13. §. 15. 16. Blum. Proc. Cam. tit. 79. Prolixè hanc quaestionem tractat Gabr. Alvar. de Velasc. tr. de judic. pers. rubr. 4. annot. 5. item Barbof. ad L. 15. ff. de jud. qui etiam quaestionem subjicit, an iudex male sententiam ferens, si parti satisfecerit de damno hac ratione illato, regressum instituere possit contra adversam partem, quæ lucrum ex iniqua sententia percepit.

Tantum pro ratione instituti.

D. S. G.

D

CO.



COROLLARIA RESPONDENTIS.

I.

Licet mater ea lege liberis bona sua relinquere possit, ne patri ususfr. acquiratur, ususfr. tamen legitima liberis necessario relinquenda, patri adimi nequit.

II.

Liberis ex damnato coitu natis, etiam de Jure Civili debentur alimenta, hoc tamen quod ad Jus Can. ex c. 5. X. de eo qui dux. in uxor. quam poll. &c. probari nequit.

III.

Communiter quidem feudista docent, filiosam a patre feudum dari non posse, contrarium tamen nobis videtur verius.

IV.

Testamentum in quo filius familias a patre sine elogio exheredatus est, de Jure Norico, perinde ut de Jure Civili, per querelam inofficiosi est rescindendum.

V. Ti.

V.

Titius constante primo matrimonio ades sibi comparavit, qua, mortua uxore, in Inventario pro 800. fl. aestimata, & in divisione, patri pro eodem pretio fuerunt assignata. Contigit autem, ut subsequens secundis nuptiis ista ades 200. fl. pluris valere ceperint, quaritur, an pater, si eas v. gr. postmodum vendiderit, augmentum hoc vulgo, den Zugang / liberis prioris matrimonii invitus communicare teneatur? Nego. Et sic respondit etiam in simili casu inchoyta Facultas Jenensis mens. Decembr. 1705.



Ergo

ERgo Themis pariter fatalia stamina ducit,
Parca nec hæc tantum conficit atque se-
cat?

Hoc equidem nobis monstrat *Par Nobile* Fratrum
Qui fausto scandunt pulpita nostra pede.
Eja age! nunc major Frater ne desere Fratrem
Præmia cum Fratre ut læta minore geras.

Sic gratulabundus applaudit

JOH. GEORG. FICHTNER, D.

DUm cathedram adscendis, doctrinæ nobile donum
atque *Tue* mentis commonstraturus acumen,
felices opto successus ausibus hisce!
Sedulus baud cessa plus ultra tendere **BECKI**:
inde reportabis mox præmia digna laborum,
Et se expandet vastum *Tua* fama per orbem.

Nobilis & Clarissimo
DOMINO RESPONENTI
amico suo certissimo
properabundus hisce gratul.


Johannes Carolus Rost,
Med. Stud.



Altdorf, Diss., 1770-11

X 2344169





1 80
7

J. J.
BENEVOLO
MAGNIFICI
JCTORVM ORDINIS
INDVLTV, 1710
DE
FATALI INTER-
PONENDÆ APPEL-
LATIONIS,

PRÆSIDE
JOH. JODOCO BECKIO,
J. V. D.

Illuſtris Reipubl. Norimb. Advoc. Ordin.
diſputabit publice

JOH. ADAM BECK, Norimb.
ad d. xxvii. Februar. MDCCX.

ALTDORFI NORICORVM,
Literis MAGNI DANIELIS MEYERL

